dinata . ⁊ quod certamē appellamus greci ago
nem. ſepe tn̄ cetus hominū ſignatur ꝑ agoneȝ. Jn̄
agonia.i.agon. Agonia etiam dicitur victima
vel fiducia vel hoſtia. ⁊ eſt penul'. produ. vl' coꝛ
Apud grecos em̄ in mltis vocabulis vocalis
ante vocalem ꝓducitur. ſed qn̄ ad foꝛmā latio
ruȝ reducitur poteſt coꝛripi. qꝛ vocalis an̄ vo/
calem non producitur niſi in paucis. vt in ago
nia ⁊ ſcenophia ⁊c̄. Et vſuȝ eccie in q̄ eos teneas
Agoniſta.ꝯ.p.eſt qui vl' que in agone eſt.i. pu
gil vel certatoꝛ.
Agoniſticus.a.ū.i.victoꝛioſus . vl' belliconſus.
Agonitheta.ꝯ.p.qui vel que ē in agone.i. pu/
gil ſm̄ Hugui. Papias vero dicit agonitheta
pꝛelij actoꝛ qui pꝛeeſt certantibus.
Agonizeta.i.victoꝛ.
Agonomus.m.s.i. pꝛinceps quaſi per actiōeȝ
nominatus ⁊ diuulgatus.
Agoniſma dicitur pugna vel duellum.
Agonalia dicūtur que ad agoneȝ ꝑtinent.
Agrammatus.a.ū.i.illiteratus.
Agraria.f.p.i. lex data de agro vel pꝛecium qđ
pꝛo agro ſuſcipitur.
Agrarius.i.ruſticus qui colit agrum. Vn̄ Ec
cle. xxxviij. Cū opario agrario de oi ope tracta.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Agredula.f.p.dicitur parua rana que in agris
inuenitur.
Agraſſum.i.violentia.
Agreſtis.i.agricola.quaſi ſtans in agro.vel di
citur inexecrabilis ⁊ implacabilis .vel dicitur
terra inculta.
Agricola dicitur quaſi agrum vel agros colēs
et eſt commune nomen ad omnes agricolas. ſꝫ
nomina ſpecialia agricolarum ſunt illa.quia a
gricolaꝝ q̄dā ſunt aſcripticij. quidā ceſiti. qui
dam perpetui.quidaꝫ coloni cōditionales. qui
dam inquilini. alij originarij . alij ſimpliciter
coloni nuncupātur
Agrimeſſor.m.t.eſt qui agros menſurat ⁊ me/
titur ⁊ fines ꝑ debitā menſurā diſtinguit.
Agriculator ⁊ agricularius ⁊ agricolonus ⁊ a/
gricultor idem ſignt ſcꝫ qui colit agros.
Agrimonia.fei.p.herba quedam que precipue
abundat in agris.
Agriofagite homines qui ſolum ferarum car/
nes edunt.ab agrion quod greci vocant ferum
vel ab ager.ri.⁊ fagin quod eſt comedere Hi ci
clopes dicuntur vel monoculi.quia vnum ha/
bere oculum in media fronte ad modū cycli di
cuntur.hos India gignit.
Agrion grece.i.ferum vel agreſte latine.
Agripenni ſunt agri illi qui nō plene ſunt agri
Agrippa eſt qui cum labore matris editur. ſi/
cut per pedes. non per caput.ab agros quod eſt
tractus ⁊ pes.qꝛ in partu primo loco pedes re/
mittit. Unde Uirgilius enei.viij. Per te alis
ventis ⁊ dijs agrippa ſecundis. Dictus eſt eti
am quidam Herodes agrippa. Unde in Au/
rora. Tercius herodes rex eſt agrippa vocatꝰ.
Agrippina.fe.p.ciuitas Colonia ab Agrippa
condita.
Agula.f.p.pe.cor.i.lena.quaſi ageus gulam.
Ain vel ai.eſt dictio hebrayca.⁊ interpretatur
fons vel oculus.
Aianea dicitur vltimus calor ī coitu quo om
ne corpus concutitur.
Aios latine.i.agios grece.

## a ante L

Ala ale prio ſignificat agmen vel turbam equi
tum vel militum ſic dicta eo ꝙ protegant pedi
tes alarum vice. Inde alaris.i.turma equitaꝰ.
Uñ Improuiſus adeſt ⁊ muris applicat alas
Secundo dicitur falſa religio. Unde Job de
hypocritis. Cum tempus habuerunt extende/
runt alas i.falſam religionem exterius Tercio
ſignificat protectionem. Unde p̄s. Sub vm
bra alarum tuarum. Quarto gratiā dei. Unde
Proſper Qui caret alas ad celi patriā non ha
bet vnde volet. Quito dicitꝰ vanus actus Un
de Zachariam. Ecce dn̄e mulieres progredien/
tes ⁊ ſpūs in alis earum. Sexto eſt pars pilo
ſa ſub brachijs que etiā dicitur aſcella. Unde
Ouidius Quā ſepe amoui nec trux iret in alis
i.fetor ſub aſcellis. Septimo dicitꝰ pars auis
Unde in euāgelio. Quēadmodum gallina cō
gregat pullos ſub alis Itē ab ala venit alatus
id eſt aliq̄s habens alas. Inde etiā aliger quaſi
gerens alas. Itē alarica eſt lancea quadrata ha
bens ferrum quaſi alas. Unde. Euolat ⁊ pur/
gat humeris ſupponitur ala.
Alabaſtrites dicitur lapis candidus ⁊ intertin
ctus varijs coloribus.
Alabaſter idem.
Alabaſtrū dicitur pixis vnguenti ꝺ alabaſtro
in qua incorrupta ſeruātur vnguenta. Uñ ſm
magiſtrū in hiſtorijs eſt ſimilis modus loquē
di alabaſtrū vnguenti. ſicut cum dicitur cyphꝰ
vini. Unde alabaſtrum vnguēti nardi.i.pixis
alabaſtro plena vnguēto nardi.de quo infra di
cetur vbi nardus. Unde Marmorei lapidis
nitidum genus eſt alabaſtrum. Forſan ob hoc
dictum.qꝛ forma ſplendet vt aſtruꝫ. Marmo
ris eſt ſpecies alabaſtrum vaſcula. de quo Pro
conſeruādis vnguētis ſepe cauatur
Alabanda dicitur etiā lapis precōſus.
Alabrū dicitꝰ inſtrumentū cuꝫ quo fila vertū
tur Unde Uertitur hoc alabro quicq̄d nec ſeia
fuſo Et dicitur ab ala ⁊ brios mēſura q̄ſi men
ſuratū alis Et nota ꝙ filum a colo ducitꝰ in fu
ſum.de fuſo in alabrū.hinc in girgillum.dein/
de in glomicellū.hinc in ſpaciū.poſtea in telaꝫ.
Alacer ſm Papiā dicitur fortis.gaudēs. expe
ditiuus.hilaris velox. Inde alacritudo ⁊ ala/
crimonia.i.leticia. Unde Eſt alacer validus.le
tus.velox q̄ꝫ notatur.
Alani dicuntur populi q̄daꝫ habitātes iuxta la
nuꝫ fluuiū.ſicut alemani iuxta lemanuꝫ.
Alapa eſt faciei percuſſio. ſicut colaphus colli.
Inde venit alapus.pi.⁊ dicitur ille qui patiē/
do alapas victū acquirit. Unde Si mihi das
alapam vere tibi do talionem. Hic alapaꝫ ma/
le colli dicas colophū q̄ꝫ.
Alauda.f.p.nomen auis.
Alauſa.f.p.nomen piſcis.
Alba.be.quedam ciuitas eo ꝙ alba ſcropha fu
it ibi inuēta . Itē alba etiaꝫ dicitur veſtis ſacer
dotalis linea ⁊ ſtricta que camiſia dicitur ⁊ po
deris ⁊ talaris ⁊ ſubucula ſm Papiam. Unde
Dicitur vrbs alba veſtitur preſbiter alba.

Albane.arū.ſunt nuces q̄ diu ſeruate ſtꝫ albe. ab albus.a.ū.

Albania Aſie eſt ꝓuintia vł regia.

Albani dicūtur homines eiuſdem regionis ꝓpter albos crines.

Albaſpina nomē eſt arboris.

Albea.ē ꝓpriū nomē aque.

Albedo.inis.i.albitas.

Albicies.f.p.i.albedo.

Albidꝰ.a.ū.ꝛ albinꝰ.a.ū.ē illud qđ nimis albū ē. Jn̄ albiditas.i.albedo.

Albidolus.a.ū.ē qđ aliq̄ntulū albet.

Albitū ē formula q̄dā.

Albū indeclinabile. ē liber in quo noīa ſanctorum ſcribūtur.

Albor dr̄ pallida albedo.ꝛ dr̄ ſignū lepre

Albugo. ē ſubtilis mēbrana. tenuis pellicła viſum impediens.ꝛ dr̄ glaucitas ꝛ albedo oculoꝝ. Vn̄ Aurora. Conturbans oculos albugo figurat hebreos.

Albula q̄dā fluuiꝰ ꝓpꝫ colorē aq̄ q̄ mō dr̄ tyberinꝰ a Tyberio rege in eo ſubmerſo.

Albumē dr̄ albꝰ liquor in ouo. Vn̄. Albugo viſus.albumen dr̄ oui. Jtē Albumē teſta centrū mēbrana vitellus. Sunt ptes oui q̄s q̄s diſcere debet.

Alburnꝰ eſt quedā mons Lucanie. eo ꝙ albeat.vł eſt idolū qđdā.

Albus.a.ū.i.candidus. Et differunt. Vnde. Albū natura facit eſt res candida cura.

Albus etiā ponit̄ pro ventre q̄ſi aluꝰ. vn̄ hic albiolus.li. Vn̄ Juuenalis. Cuiꝰ ꝛ albiolus. et lanā piguerat artus.

Albū ptoris.ē q̄dā tabula dealbata q̄ ponebat̄ in curia vł turri ptoris.in loco cōmuni.in q̄ ſcribebāt̄ ꝛ ponebātur noīa vocatoꝝ ad iudiciū ꝛ ad eiꝰ inſtātiā q̄libet citatꝰ eſſet.ꝛ ibi ꝓponebātur ſtatuta ꝛ edicta ptoris in groſſa lra. ita ꝙ ab oībꝰ legi poſſent. Et erat certa pena cōtra iſtū q̄ delebat iſtđ albū.qđ mō ſublatū eſt. De hoc in cle.i.de iudi.in Autꝫ.de litig.§.omnem.coll̄.viij.

Albagaria.ſunt ꝓcuracōes q̄s certe ville dn̄t dominis ſuis ad eos veniētibus.de reſcriptis ad audientiā.

Albergarie ſunt cenſus ſeu pactiōes que debentur ꝓ comeſtionibꝰ. De hoc per glo.in.c.pterea.de iur.patro.

Alcal dr̄ acetū valēs ad alchimiā.

Alce grece.ꝟtꝰ vł fortitudo latine.

Alcea.f p.i.ꝟbena.

Alcedo.inis.dr̄ auis q̄ p̄ ceteris auibꝰ pullos ſuos ſedule alit.ꝛ venit ab alo.alis.

Alceus.cei.pe.ꝓdu.fuit q̄dā poeta fortis qui inuectiuā ſcripſit.

Alchimꝰ.mi.ꝓpriū nomē viri. Vn̄ Aurora. Alchimꝰ ex Aron deſcēdēs ſtirpe ſacerdos

Alchimia dr̄ ſcia docēs facē auꝝ vł argentuꝫ ex pulueribꝰ metalli.ł q̄ ſcit ſepare auꝝ a cupro

Alchimiſta.ꝯ.p.q̄ ſcit iſtā artē.

Alcides.i.fortꝫ ꝛ formoſus.ł nomē ē Herculꝭ

Alcynoe. ē auis marina. q̄ i hyeme in ſtagnis oceani nidos facit.q̄ excubāte fertur pelagꝰ flātibꝰ ventis continua ſeptē dieꝝ tranquillitate putreſcere.ꝛ eius fetibus educādis obſequium ipā reꝝ natura ꝑbere. Vel dr̄ ab alcyone vxore Ceicis.q̄ dolore viri ſui mutata ē i auē iſtā. Vn̄ Ouidius. Alcyones ſole memores Ceicis amati.

Alea.f. p.quidam ludus vel inſtrumentuꝫ q̄ ludit̄ ab Alea q̄dā milite.qui in troyano bello iſtū ludū inuenit ſm̄ Hugꝫ. Pap.vero dicit. Alea tabula luſoria dicta a quedaꝫ qui hunc ludū inuenit. Vn̄ alea fortune ſortes examiat aurum.

Alearum.n.s.locꝰ vbi alee repōnūtur vł vbi luditur.

Aleator.oris.q̄ ꝑfectꝰ eſt in ludo aleaꝝ

Aleatoriū.n.s locus in quo ludit̄ cū alea. Jn̄ aleatoriꝰ.a.ū.quod ꝑtinet ad aleas. vel q̄ cum eis ludit.

Aleo.onis.dicitur qui frequēter ludit in ea.et perdit. Vnde. Sum nudus vt paſſer hoc fecit teſſer ꝛ aſſer.

Aleola.f.p.i.ꝑua alea.

Alemania.i.germania. ꝛ dr̄ ab alendo.qꝛ manat in pinguedie.vł dr̄ a lemado fluuio.

Alemanꝰ aliq̄s de tali terra.

Alers.i.doctꝰ.q̄ſi alienꝰ ab arte ꝑ ꝯtrariū.

Ales.tis me.cor.in obliq̄s.ꝯ.g.ē auis.ꝛ dicitur ab alo.lis.qꝛ alit ꝛ nutrit pullos ſuos.vel ſm̄ Hugꝫ.qꝛ aliter a nob.vł dr̄ mater vł nutrix.vt in hymno.A ſolꝭ ortus cardine.ꝛc.vel dr̄ turma militū que ꝛ acies dr̄.ꝛ hoc in bello q̄n̄ fortiores ꝓponūtur ad modū ale.ꝛ tūc dr̄ ab ala.le. Vnde Si volat eſt volucris ales ſi geſſerit alas.

Alexander ꝓpriū nomē viri.

Alexandria nomē ꝓuintie vł regionis.

Alga.f.p.ſm̄ Hugꝫ.eſt herba frigidiſſima creſcēs in mari. ꝛ ē q̄ſi fenū diſpoſita.ꝛ dr̄ a ꝟbo algeo.es . Etiā alga ſumit̄ pro quolibet quod mare eijcit.vn̄ mare dr̄ algoſum.eo ꝙ algā de ſe ꝓijcit.vł dr̄ alga ab alligo as.qꝛ alligat pedes vł manꝰ. Vn̄ Alga fit herba maris.ſꝫ dr̄ vlua paludis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Algama.atꝭ.dr̄ ſūmitas vł'altitudo.
Algatis .f.t.dr̄ ſedes alta in celo.q̄i alēs aīas
Algenia dr̄ dolor algidus.
Algiditas .atꝭ.f.t.i.frigiditas.
Algidus.a.ū.i.frigidus.
Algor.oris.m.t.i.frigus.
Algorithmus.eſt ars numerādi.
Algoſus.a.ū.i.frigoroſus.
Algus.us.ui.i.algor vł'frigus.
Alia.m.p. eſt nomē fluuij ꝑ vnū l.ſꝫ cauſa me
tri aliqn̄ ſcribit ꝑ duo.
Albrū.i.alabrū eo ꝙ in eo librāt.i.voluūtur
fila.vł'librātur.i.ſoluūtur.
Aluledus.a.ū.i.frigid⁹ dulcꝭ ad mo⁹ ſoni or/
ganici.ꝛ dr̄ ab aule.arū.ꝓ fiſtul'.
Alienigena.ↄ.p.dr̄ q̄ſi aliene regionis.ł'alicā
gēte nat⁹ vł'genit⁹. Et dr̄ ab alon.i.alienuꝫ.ꝛ
geneſis natura ł'generacō Sic etiā terrigenia
francigena.oīa tł'ia ſtꝭ.ↄ.g
Alien⁹.a.ū.i.extraneus.
Aliet⁹.ti.i.merill⁹ ab alo.is.vł'vt dr̄ Pap.
Aliet⁹ ē auis ſilis aq̄le ł'maior. vñ Exiguas
in ſe vires aliet⁹ habēdo. Exiguas volucres de
p̄ſcit diripiendo.
Aliger.m.s.i.auis.ꝛ dr̄ ab ala ꝛ gero.q̄ꝛ gerit
ſe ſurſum alis ſuis exercendo officiū volandi.
et ſumit ꝓ veloce trāſſūptiue.dr̄ etiā aliger q̄i
aera legās.i.trāſiēs q̄ꝛ volādo aerea ꝑtranſit.
Alimē.i.alimētū.alibū.i.nutrimētū.
Alimonia idē.vł'etiā dr̄ panis dat⁹ pro deo.
ſcꝫ elemoſyna.Etiā ē loc⁹ in q̄ ſuātur nutrimē
ta.ꝛ dr̄ ab alo. Vñ Eſt alo fons rectus alimo
nia nominis huius. Nam paneꝫ querēs hinc
alimēta trahit.
Alimones.m.p'lis nūeri.i.nutritores.
Aliphan⁹ dicit cyphus puus habens puū fo/
ramen ad modū vitri gutturati ꝛ dr̄ q̄i alens
infantes.
Alipopiari⁹.m.s.dr̄ iaculator pile
Alipes.ↄ.t.i.velox q̄ſi hn̄s alas in pede.
Aliptes.i.plagaꝝ curator.q̄ꝛ eas fomētꝭ alit.
id eſt curat. Vñ Iuuenal'. Grāmatic⁹ rhetor.
geometer pictor aliptes.
Aliq̄d ē ↄpoſitū ex ali⁹ ꝛ q̄s.ꝛ mouet aliquis
aliq̄.aliqd̄ vł'aliq̄d.ꝛ ſcribit ꝑ d.
Aliq̄t ē gꝭ.o.indecli.ꝛ p'lis nūeri.
Aliſoriū.ē cutellus ſutoris.
Alitaris dr̄ meretrix q̄ a ſcurris nutrit.
Alittus.auis quedā q̄ gallice aſcia vocat. vñ
Ouidi⁹ Eſt hō fact⁹ auis vlnis alitt⁹ in alis.
vł'forte eſt alictus.
Alitudo.f.t.i.pinguedo.
Alitus.us.ui.m.q.i.nutrimentum vł'paſtus

Sꝫ alit⁹.a.ū.i.nutrit⁹. ſꝫ qn̄ aſpirat ſt flatū.
vt ptꝫ in loco ſuo.
Alitut⁹.m.s.dr̄ vermis volatilis.
Aliu⁹ vł'aliu⁹.dr̄ ager vł'agger iuxta aquā
Alius me.cor.in ntō.hꝫ alius in gtō.me.ꝓdu
Et differunt ali⁹ ꝛ alter.q̄ꝛ alius inter mł'tos
ſed alter inter duos . Vñ Grecista. De mł'tis
ꝓprie primus dices aliuſqꝫ. Sed prior ac al
ter dic concordare duobus. Iſtꝭ alteruter vter
aſſocies ꝛ vterqꝫ. Item aliter dicat.ſ.ꝙ ↄueni/
unt in hoc quia important diuerſitatē ambo.
ſed differunt.quia alius importat diuerſitatē
eſſentialem.ſed alter accidentalē. Differt etiaꝫ
alius a ceteris.nam alij dicūtur alio ex nūo.ſꝫ
ceteri ex eodē.
Alectorius.dicit lapis qui in ſtomacho galli
reperitur.
Alecto. onis. dicitur inſtabilis qui nō habet
requiem vel eſt quedam furia infernalis. q̄rū
ſunt tres. Unde Tres agitant mentē furie ra
tione carentem. Cū mens bachatur tunc alle/
cto vocitatur . Et cum mente fera diſputat in
ore megera . Tunc eſt theſipone cum produnt
iurgia voce.
Allectus.a.ū.qui palam eſt electus. vel dicit
ↄfirmatus.
Allec piſciculus ad liquorē ſalſamentoꝝ ido
neus. Et dr̄ ꝙ viuat ex ſola aqua.nihil aliud
comedens. Vñ Quattuor ex puris vitā du/
cunt elementis. Allec vnda fouet.ignis paſcit
ſalamandrā . Talpam terra nutrit.aer quoqꝫ
cameleontem.
Allegoria.f.p.eſt myſteriū ł'ſilitudo qn̄ in p̄fi
guracōe loquimur vbi aliud eſt in voce. aliud
in ſnīa. Et dr̄ ab allon quod ē alienū.ꝛ gorus
ductio vł'locucō.q̄ꝛ vnū dr̄ ꝛ aliud intelligit
Circa qd̄ notandū ꝙ om̄is ſacra ſcriptura q̄/
driformi racōe diſtinguitur ſiue exponit. Aut
eīm in hiſtoriaco vł' lrāli intellectu.aut allego
rico.aut onagogico.aut tropologico. vł' mora
li ſolet accipi. Hiſtoria nāqꝫ eſt quādo res ali/
qua quomodo ſm̄ lrām dicta vł'facta ſit.pla/
no ſermone refertur.vt cum dicitur. Populus
iſrł' ex egypto ſaluatus tabernaculū dn̄o fecit.
Et dicitur ab hiſteron.i.videre vł'cognoſcere
quia antiquitus nemo ſcribebat hiſtoriā niſi
qui vidiſſet. Et ſic quando dictiones intelli/
gūtur ſimpl'r vt ſonāt.eſt ſenſus lrālis.vł'hi/
ſtoric⁹. Allegoria āt ē. cum verbis ſiue rebus
myſticis p̄ſentia xpi. ꝛ eccleſia ſacramēta ſign
tur. Verbis videlicet vt ait Eſaias. Egredie/
tur virga de radice yeſſe. quod aperte eſt dice/
re. Naſcetur virgo Maria de ſtirpe Dauid.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et de ea xp̄s naſcetur. Rebus miſticis ē popu
lus iſrl' ab egyptiaca ſuitute per ſanguinē ag
ni liberat⁹. Allegorice eccl'iaꝫ ſcat q̄ ꝑ paſſiōeꝫ
xp̄i a demoniaca ſuitute liberata eſt. Et nota ꝙ
allegoria mlt'ꝫ mōis exponit̄. Qn̄qꝫ a pſōa vt
Jſaac ſignificat xp̄m. Qn̄qꝫ a re. vt aries occi
ſus ſignificat xp̄i carnē paſſam. Qn̄qꝫ a loco.
vt xp̄s p̄dicatur⁹ aſcendit in montē. vbi emi/
nētia loci ſignificat ei⁹ ſapiam ⁊ excellentiam.
Qn̄qꝫ a nūero vt apprehenderūt ſeptē mulie
res virū vnū. i. ſeptem dona gratiaꝝ xp̄i. Qn̄
qꝫ a negocio l' facto. vt interfectio Golie a Da
uid. interfectionē dyaboli a xp̄o ſigt. Anago/
gia autē ad ſuperiora eſt ducens. locutio que
de premio futuro. ⁊ de ea que in celis ē vita fu/
tura. apertis ſiue miſticis ſermonibus diſpu/
tat. Apertis vt cū dicitur. Beati mundo corde
Miſticis vt cum dicitur. Beati qui lauant
ſtolas ſuas vt ſit illis poteſtas in ligno vite ⁊
per portas intrent ciuitatē. Quod ſic exponit̄
Anagogice. Beati qui mundant cogitacōnes
ſuas ⁊ actus. vt ſit illis poteſtas videndi do/
minū noſtrū Jh̄m xp̄m. qui dicit. Ego ſū via
vita ⁊ veritas. ⁊ per doctrinā ⁊ exempla prece/
dentiū patrum intrant in regnū celoꝝ. Et ſic
eſt dr̄a inter allegoriam ⁊ anagogiam. quia al
legoria eſt myſticus ſenſus pertinens ad mili/
tantem eccleſiam in qua ſumus. Sed anago/
gia eſt apertus ſenſus pertinens ad eccleſiā tri
umphantē que eſt cōmunitas ſanctorum iam
triumphans ⁊ regnans. Tropologia vero eſt
moralis locutio que ad inſtructionē ⁊ correctō
nē animoꝝ myſtice ſiue aperte reſpicit. My/
ſtice. vt ait Salomon. Omi tp̄e ſint veſtimē
ta tua candida. ⁊ oleū de capite tuo non defici/
at. quod eſt dicere. Omni tempe ſint opa tua
munda. ⁊ charitas de corde tuo non deficiat.
Aperte vt Joannes dicit. Filioli. non diliga/
mus verbo neqꝫ lingua. ſed opere ⁊ ꝟitate. Et
vt breuiter habeas. hiſtoria docet factū Tropo
logia faciendū. Allegoria credendū. Anago/
gia appetendū. Unde. Littera geſta docet. q̄d
credas allegoria. Moral' q̄d agas. quo tēdas
anagogia. Hec patent in hac dictione hirl'm.
Hiſtorice em̄ eſt nomen ciuitatis. Tropologi
ce eſt typus anime fidelis. Allegorice figūa ge
rit eccl'ie militantis. Anagogice typū gerit ec/
cleſie triumphantis. Un̄ Sicut hirl'm polis
eſt terrena. fidelis Conſtans eccl'ia mons for/
tis patria ſumma.

Alleluia ē hebraicū ⁊ habet accentum acutum
ſuper extremā. Et ſm̄ diuerſos diuerſimode ex
ponitur. etiā diuerſa habet ſignificata ſm̄ Hu
guitionē. Cum autem gauiſim in hiſtorijs po
nitur ⁊ ſupabundanter nec eius ſignificatum
propter nimiam mentis iubilationem expri/
mi poteſt. tunc eſt interiectio ſignificacōis gau
dentis vel exultantis ⁊ ſignificat leticiā domi
nice reſurrectionis. vt patet in quibuſdam of/
ficijs vbi continue frequētatur iſte terminus
all'a. Sed ex quo circa expoſitores variat̄. ido
Huguitio ſic exponit. Alleluia. id eſt laudate
nomen domini. Hieronymus ſic. Alle. i. crea/
tura. lu. i. laudat. ia. i. dominūqꝫ. Aug⁹. Alle. i.
ſalua. lu. i. me. ia. i. domine. Ambroſius. Alle.
lux. lu virtus. ia. vita. Gregorius ſic. Alle. pa
ter. lu. filius. ia. ſpiritusſanctus. Beda Allelu.
id eſt laudate. ia. dominum. Uel ſm̄ aliquos.
Al. altiſſim⁹. le. leuatus in cruce. lu. lugebant
apoſtoli. ia. iam ſurrexit. Ul' All'a. id eſt lauda
te inuiſibilē. vl' narrate deo laudes. vl' laus ti/
bi xp̄e. Et Alleluia iſta vox leticie ⁊ iubili pri/
mo audita fuit a Joanne in inſula pathmos.
vt patet in Apoc̄. ⁊ vtimur ea tm̄ in diuinis
laudibus. Et ſm̄ aliquos eſt nomē maſcl'i. gꝫ.
eo ꝙ vtimur ea pro deo. ⁊c̄. Un̄ Gregori⁹. pa/
trē natū ſignat quoqꝫ pneuma. Denotat Am/
broſi⁹ ꝙ ſit lux vita ſaluſqꝫ. Saluū me domie
fac eorum denotat. Aug⁹. Laus tibi ſit chriſte
Hieronymus comprobat eſſe. Et ſm̄ Raba/
nū iſta duo nomina. Amē. ⁊ All'a. non ſūt trāſ
lata. ſed retinent propriā ⁊ primā impoſicōeꝫ
ꝓpter reuerentiā. quia Joannes in Apoc̄. di
cit ſe ea ab angelo audiuiſſe. vl' qꝛ alleluia gau
diū ⁊ laudē celeſtē ſigt q̄ꝺ nemo nouit huius
ſeculi. ⁊ per ꝯſequens exponi non poteſt. quia
ignota. ſꝫ ſub notis vocabulis exprimitur im
proprie.

Allibrati dicūtur q̄ deſcripti ſunt in libro ciui
um vl' cōmunitatis alicui⁹ ciuitatis.

Alliſus. a. ū. i. leſus.

Allitor. m. t. i. cementari⁹.

Alliū dr̄ q̄ſi olidū. i. fetens. vl' ſm̄ Pap. eo ꝙ
oleat. cui⁹ odolem venenata fera non ſuſtinet.
leo ⁊ pardus fugiunt. Homo pro cibo ſumit.
et viſceribus infundit pro medicamento non
pro cibo. ſumatur ab egrotantibus nō ab epu/
lantibus. Hoc autem genus ſm̄ Hypocrateꝫ
calidum eſt ⁊ deducit vermes. Corporibus q̄/
dem bonū eſt. oculis ꝟo pernicioſum. qꝛ in cibo
ſumptū oculis caliginē facit.

Allobroges. dicūtur burgundinenſes. nomē
gentile eſt.

Allodiū. n. s. dr̄ hereditas quā vendere vl' do
nare poſſū ita vt mea ꝓpa Et ꝓpe vocat̄ fun/
d⁹ ſiue curia ruſtica l' ad quē agri vl' māſus ꝑti

nēt. ⁊ dicit̄ ab allos qđ eſt alienū ⁊ odalaus. q̄ſi aliena laus. q₂ alieni laudāt te ſi habes bonā hereditatē. vł q₂ allodiuʒ talis hereditas laudat̄ ſi bona fuerit. Et hʒ etiā ſcribi p ſimplex l. ⁊ tūc dr̄ ab alo. q₂ alit ⁊ nutrit nos. Etiā pt dici ab alieno. q₂ alienat̄ de vno ad aliū

Allo. maſcu. t. eſt inſtrumentū acuendi cultellos. ⁊ eſt lapis rotundus cum quo vł in q̄ faber purgat inſtrumenta. vt ſint acuta Itē alla f. p. idem.

Allopholus. pe. cor. i. alienos. vn̄ in Aurora. Cerne q᷑ allophilus hoſtibꝰ ille dat̄.

Allon interprat̄ alienū.

Allopathia vł allopathe grece ſm Hug᷒. id eſt aliena paſſio q̄ ab alio infert̄. vł ſm Pap. paſſio ab alio in aliū trāſiens

Allopeda ē nomē piſcis

Allotha q̄dā piſcis.

Allotheta ē mater omniū figuraꝝ. ⁊ dicit̄ ab allos qđ eſt alienū. ⁊ theſis poſitio. quaſi aliena poſitio accidentis pro accidente. Cōfundit in genera. vt lis eſt de paupe regno. Numerum vt turba ruunt. Caſum vt vrbem quaʒ ſtatuo veſtra eſt.

Allopaſis ē modus conſtruēdi reciprocus vt ſit in ꝯſtructiōe tranſitiui reciproca. Et dr̄ ab allion. i. alienū ⁊ paſſis paſſio.

Allutes. tiū. ⁊ allutia. oruʒ. loca cenoſa. i. ceno plena vbi fluuiꝰ abluendo dimittit cenum et putredinem.

Alluuio. onis. ⁊ alluuies. ei. i. alluuiū. vł aq̄ſitas aq̄ꝝ inundātia. Job. xiiij. Alluuione paulatim terra ꝯſumit̄.

Alluuiū. n. s. eſt latens incrementū qđ fit cuʒ fluuiꝰ ex vna pte addit̄ ripe. vł dr̄ ꝯſumptū riparū ab aquis.

Alluuiꝰ. m. s. dr̄ ager quē paulatim fluuiꝰ abluendo in agrū reddit.

Alluuioſus. a. ū. i. cenoſus plenꝰ alluuio.

Allux. dr̄ maria pedica. ab ad ⁊ luceo. d. m. l. q̄ſi ad alias lucēs in magnitudine. vn̄. Eſt manuū pollex ſʒ dicat̄ pedis allux.

Almus. a. ū. i. ſctūs. pulcer. nutriēs. Et dr̄nt almus ⁊ ſctūs. Vn̄ Ad corpꝰ ſctūs ad mentē ptinet almus Jn̄ almitas. almitudo almicies id eſt ſanctitas oīa idē.

Almilucerna. f. p. locus amenus qui freq̄nter illuſtratur.

Alnia. mons ē apud ſmirnam.

Alnus feminini gñ. s. quedam arbor. eo q᷑ a nimis alatur. Inde hoc alnetum. ti. et eſt locꝰ vbi creſcunt alni.

Alneus. a. ū. i. de alno exiſtens.

Alnum. fructus alni.

Aloa. f. p. dr̄ arbor odoris ſuauiſſimi ſm Pap. q̄ in India naſcit̄ ⁊ lignū eiꝰ vice thymiamatiſ altaribꝰ adolet̄. vn̄ ⁊ nomē traxiſſe credit̄. Itē ſm Pap. ⁊ Iſidoꝝ ē herba ſuauiſſimi ſucci. ⁊ ꝯſtringitur ſuccus iſte ad modū picis. ⁊ eſt fere eiuſdē coloris. ⁊ eſt valde medicinalis. Et poteſt declinaē hec aloe. huiꝰ aloes. vł hec aloa huius aloe. vt dicit Brito. ſm autem Hug᷒. aloes. is. ſumitur pro quodam vnguēto amariſſimo facto de aloa.

Alogia dr̄ conuiuiū ſine ſmone. quia antiq̄ ſilenter prandebāt.

Alogij dicūtur heretici ſine v̄bo. q₂ v̄bo dei nō credāt. reſpuentes Joannis euangelium ⁊ apocalypſim.

Alogꝰ dr̄ lr̄a vł nota in libris emendadis

Alopex. i. vulpes. Jn̄ alopicia. i. vulpecula. ł alopicia. i. alienacō capilloꝝ. vn̄. Muſculus in tibia. ſemp manet alopicia.

Alopicioſus. a. ū. i. caluus.

Alopia. f. p. lepra quedā.

Alopus. ē q̄ ꝑpter mercedē patit̄ aliq̄d.

Alphabetū. n. s. i. abecdarium.

Alphagus vł alpagus. i. ſcalpēs vł effodiēs.

Alphanꝰ. m. s. ē falſus mēdicus.

Alphita. f. p. ē primū granū maturū ⁊ altiſſimū in ſpica. ⁊ dr̄ ab alpha. i. ꝓncipiū. vł dr̄ farina hordei vł polenta

Alpis raro inuenit̄ in ſingulari. Et dicunt̄ alpes alti montes p̄ alijs montibꝰ eminētes. Et dicūtur alpes q̄ſi alta petētes. vł q̄ſi altipedes id eſt montes. ⁊ nō eſt cōpoſicō. Et ē tractuʒ a lingua galloꝝ qui alpes altos montes vocāt. Et ab alpes dicitur alpinus. a. ū. i. aliquis. in montibus habitans Inde tranſalpinus. i. vltra alpes exiſtens.

Alpinas. atiſ. ꝯ. t. nomen gentile. aliq̄s natꝰ in alpibus vł de alpibꝰ exiſtens.

Alſa fluuiꝰ q̄dā. Jn̄ alſatia ꝓuintia. ⁊ alſatiꝰ. aliq̄s de tali prouintia.

Altare. n. t. i. ara. ⁊ dr̄ quaſi alta ara. quia altaria ſolent fieri in altis locis. Et iſta noīa altare altariū altar idem ſignt. ſcʒ altum locuʒ vł altum edificium vł lapidem in alto poſituʒ ſuper queʒ offerūtur ſacrificia. Et nota q᷑ ara ſm quoſdam differt ab his. quia ara dicitur illa eleuatio ſine lapide lato tegente. ſed altarium vel altare ſignificat lapideʒ ſuprapoſitū vnū tamen ſepe pro reliquo ponitur. Vł ſic differt quia ara ſm aliquos eſt ſolius dei. altare vero ſanctorum ⁊ deoꝝ gentiliū. Scđm v̄o Greciſtā econuerſo. ⁊ melius altare dicitur dei. ⁊ ara

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſanctoꝝ. Unde ꝓpheta. Tunc imponent ſup
altare tuū vitulos. Uñ. Eſt altare dei diuoꝝ
dicimus aras. Nota etiā ꝙ ara vel altare ſiḡt
corpus xp̄i in cruce. calix tumulū vel ſepulcrū
patēa lapidē ſepulcri. corꝑale ſeu byſſ⁹ ſyndo/
nē in qua xp̄us erat inuolut⁹ in ſepulcro. Uñ
Ara crucis tūuli calix. lapidiſqꝫ patena Syn
donis officiū candida byſſus habet.
Altariolū n. s. i. paruum altarium.
Altea. f. p. malua ſiluatica. Uñ. Alteā dico il
lam quia creſcit in altum.
Altellus dr̄ Rhomul⁹. eo ꝙ a lupa ſit alitus
Alter et alius differūt. vide ſupra in ali⁹. Jn̄
alteruter. i. alter de duobus. i. ille vel ille vl' vter
qꝫ ambo.
Alteratus a. um. i. alter effectus.
Altercatio. i. certatio vel litigatio.
Altercator. diſputator. certator. litigator
Alteritas f. t. viciſſitudo.
Alterna. i. mutua.
Alternans. i. dubitans vel errans
Alternus a. um. i. viciſſitudinarius
Altiboans. i. alte clamans.
Alticula f. p. dr̄ parua altilis vel nutrix.
Altigradus a. um. i. alte gradiens. vel qui eſt
in alto gradu
Altilis cō. t. et hoc altile pe. cor. dr̄ res que ad
hoc alitur et pinguior fiat ⁊ vt occidatur. vt por
ci ⁊ volucres domeſtice. ⁊ dr̄ qñqꝫ ſubſtātiue.
hec altil' qñ ⁊ hoc altile Uñ in euangelio Tau
ri mei et altilia occiſa ſunt Pap̄. dr̄. Altilia vo
latilia ſagmata ſtudio Et priſcianus dicit Al
tilia dicimus ab eo ꝙ eſt alere. Altilia q̄ alti
lia vocamus. ⁊ cor. pe. Uñ Greciſta. Omnis
ſiluaꝝ ſolet altilis eſſe domorum.
Altiloquus a. um. qui alta loquitur.
Altio. onis. i. alitio ab alo.
Altiſonans o. t. i. altum vel ex alto ſonans
Altiſonus. i. alte ſonans
Altithronū n. s. i. ſedes regia. Jn̄ altithron⁹
qui ſedet in iſta ſede.
Altitonans. o. t. i. qui alte tonat. vel ſubſtanti
ue dicitur deus altitonans ⁊ trinitas ſancta ⁊
verbum. et aer. et celum
Altor ꝑ ſyncopā ꝓ alitor. i. nutritor Jnde al/
trix vel alitrix. vl' nutrix.
Altrinſecus. i. alter. vel econtrario vtrūqꝫ
Altriplex o. t. qui vel q̄ eſt aīo duplx ſꝫ Hug̃
ſed ſm Pap̄. i. duplex doloſus
Altus. a um. ꝑ ſyncopā ab altor vel alo id eſt
alitus Uel altus a. um. ab alto. as. de q̄ etiam
altiſonus ⁊ altitonans ſiḡt plura. primo eniꝫ
idem eſt quod ſublime vt celum eſt altū. Se
cundo. i. difficile. vt iſta queſtio eſt alta. i. diffi
cilis. Unde Porphirius. Altiorib⁹ quidem
queſtionibus abſtinēs ⁊c. Tertio dr̄ ꝓfundū
vt infernus vel mare eſt altum. eo ꝙ ibi raro ꝑ
tingimus fundū Et nota ꝙ altū ⁊ ꝓfundū ſūt
reciproca eo mō. oē eni quod eſt altum deorſū
conſiderando eſt ꝓfundum. et oīe ꝓfundum
ſurſum cōſiderādo dr̄ altum. Unde. Oē qđ
eſt altum numeres ſi retro ſit imum.
Aluear alueare vl' aluearīū idem. et eſt vas in
quo apes deliteſcunt.
Alueus m. s. dicitur venter fluuioꝝ. vel dicit̄
vas factum ad modū aluei fluuij in quo pe/
des lauātur ⁊ olera ⁊ carnes Jnde alueolus li.
diminutiuum tam aluei fluuij q̄ꝫ aluei vaſis.
Danie. xiiij. Jntriuerat panes in alueolo.
Ponit̄ etiā alueus ꝓ vaſe quadrato capaci i
quo metallum ardens immergitur. vt per an/
tipariſtaſim. i. contra reſiſtentiam indueretur.
Jtem alpheus eſt nomē fluuij. et interpretat̄
rectitudo. Unde fingitur ꝙ alpheus ſequitur
arethuſam vt rectitudo virtutem
Alumen. n. t. i. ſalſugo terre. i. luti. ⁊ dicitur a
lumen. eo ꝙ ceteris coloribus prebet lumē vl'
alumentū. vl' ab alo. quia colores quib⁹ miſce
tur alit. Sed alij dicunt ꝙ alumen ſit infern⁹.
et ſic producit mediā. et dicitur ab a quod eſt
ſine ⁊ lumen quaſi ſine lumine
Alumnatus a. um. i. nutritus.
Alūnus. m. s. dr̄ qui nutrit l' q̄ nutritur. Uñ
Eſt et qui nutrit et qui nutritur alumnus.
Alus a. um. i. largus.
Aluta f. p. dr̄ pell' artificioſe ⁊ curioſe cādida
ta. et dr̄ ab alo is. q̄ alit pedes a frigore.
Unde Juuenalis. Appoſita nigre. lunaꝫ ſub
traxit a lute.
Alutarius dr̄ pelliparius q̄ vl' opatur pelles
cādidatas vel tinctos vel qui eas candidat.
Alutum dicitur calceus peregrini ⁊ dicitur ab
a quod eſt ſine et lutum. ꝑ cōtrariū. q̄ ſepe eſt
cū luto vel dicit̄ cortex arboris quercine qua
cerdones preparant corium
Alutarinꝫ dr̄ aliquid factū de luto. vt paries.
Aluus et venter ⁊ vterus idem ſiḡt. ſ. partem
corpis aīalis. ſed tamē ꝓprie differūt. q̄ ven
ter eſt generalius in ſiḡndo. q̄ cōuenit tā aīali
bus brutis q̄ꝫ rationalibus ſed alia duo ſolū
conueniunt hominibus Sed adhuc differūt
quia aluus dicitur virginis. ſed vterus mu/
lieris ꝑgnantis Uñ Greciſ. Eſt venter mr̄is
⁊c. Attri etiā venter attribuit mulierib⁹. Uñ
Bñdcūs fructus vētris tui Jtē. Btūs vēter
qui te portauit. Et ꝑ hoc pater ꝙ vnū ſepe po/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niẗ pro reliquo Item aliter pōt aſſignari dr̄a.
q2 venter eſt ps digerēs ⁊ cōſumēs cibos ac/
ceptos.et dicíẗ venter q̄i ventū tenēs vł q2 p
totū corp⁹ vite alimēta trāſmittit ⁊ dr̄ ps exte
rior in q̄ appet pinguedo extriſecus. et ptēdiẗ
a pectore vſq3 ad inguinē.ł dr̄ a venio is.q2 re
cipit cibū venientē. Sed aluus eſt pars in q̄
ſunt ſordes que purgari ſolent. Et dicitur al/
uus eo q2 abluat vel purget ventrē intrinſec⁹.
Et dicitur ab alo.quia alit corpus et nutrit.
Item aluus virginis dicíẗ quaſi albus.q2 vt
frequenter virgines habēt albos vteros. ł q2
debent eſſe albe. i.caſte. Uterus vero dicíẗ ab
vtilitate. et ē mulieris pregnātis.vel dicitur
ab vtendo.quia mulier vtitur multiplici cibo
ad fouendū fetum.vel dr̄ ſic eo q2 duplex ſit ⁊
ab vtraq3 in duas ſe diuidit ptes vel q2 inte
rius impleatur fetu. Uñ. Uenter conſumit.
vterus parit.egerit aluus.
Aluulus.i.puus aluus.

## A ante M

Ama f.p.auis nocturna ab amādo puulos di
cta vnde et lac prebere fertur naſcentibus hec
dr̄ et ſtrix a ſtridore. Itē ama dr̄ vas ad fundē
dum vinū. Iñ venit amula.dimi.pua.ama.
Amadrias in ſingulari.et in plurali amadria
des dec.ſunt arbor3 q̄ſi amātes driades.i.arbo
res.Drias enim eſt arbor
Amalech ppum nomē.et interpretatur cōtra
rius vel terram lingens vel populus labens
et fuit filius Eliphaz.primogeniti Eſau.po/
nitur etiam pro praua gente ab eo deſcendēte.
Unde Rex amelech ſed gens amalech cogno
ſcitur eſſe.
Amamen amamentum amatus us.ui.oīa
idem.i.amatio.
Aman interpretatur iniquitas.
Amanitis tidis.fe.ge.ſed amanites eſt g.ma.
Unde ij. Regl.xiiij.debet dici. Naaman ama
nitis non amanites
Amantilla herba quedam.
Amaracus m.s.quedam herba vel ſm fabu/
las quidam puer qui dum ferret vnguenta et
cecidiſſet mortuus eſt ⁊ mutatus in florē ſui
nominis. Et vnguentum quod inde fit dicíẗ
hoc amaracum
Amarellus m.s.auis quedam. Uel.
Amarellus a.um.dimi.ab amarus.
Amarillus arbor quedam
Amarillum fructus eius.
Amaritilla herba quedam.
Amartia.i.peccatum.
Amartigenia.f.p.dicitur origo peccati
Amartigenati ſunt libri de originali pctō.
Amartitis.i.peccator.
Amartiolus idem.
Amarina dr̄ genus virgulti amari.
Amator m.t.i.amaritudo.
Amaricoſus a.um.i.plenus amarore.
Amarus a.um.i.aſper.crudelis.ſeuerus ab h̄
nomine mare.vel econuerſo mare dr̄ ab amar⁹
Et amarū et dulce opponūẗ.⁊ ſignt extremas
ſpecies ſaporis. Dulce eni ſignificat ſaporem
delectabile guſtui.ſ3 amarū econuerſo acetoſū
et minus delectabile. Iñ amaritudo qd̄ qñ3
inuenitur pro triſticia.
Amaruſta.i.pomatiana.
Amaruſcus f.s.arbor iſtius fructus. pom⁹ ſil
ueſtris
Amaſa f.ppriū nomē viri de q̄ dr̄ ij. Re.xvij.
Amaſan vero conſtituit Abſalon p Ioab
Amaſio onis.m.t.i.amaſius.
Amaſiol⁹ m.s.diminutiuū.i.paruus amaſi⁹.
Amaſiunculus dimi.idem.
Amaſius m.s.i.qui intempate amat.vel q̄ in
tempate amatur. Et eſt amaſius luxurie amic⁹
honeſtatis inimicus.
Amaſia.mulier que amat ſine lege. Inde ama
ſiuncula.i.parua amaſia.
Amathi interpretatur veritas.
Amatorculus m.s.puus amator
Amatricula.i.parua amatrix.
Amazones dicuntur quedam mulieres.ab a
et mazon quod eſt mamma.quaſi ſine mam/
ma.ſcilicet dextra quaz inurebant.ne impedi
ret eas in ſagittando ⁊ eā nudabant.et hoc etí
am faciebant de ſiniſtra ne clypeus impediret
Eedem dicte ſunt vnimamme He ſine viris
viuunt. Unde Uirgilius Enei xi. Pulſant ⁊
pictis bellantur amazones armis. Et ſcias q2
vt dicit Iſidorus ethymol.viij.tria ſunt gene/
ra conſuetudinum Sicut ſcythar vbi femi/
ne et viri in pugnam eunt Amazones vbi ſo
le femine Rhomanorum aliarūq3 gentiū vbi
ſoli mares.
Ambactus a.um.i.circamactus. ſicut ſolet eē
quiſquis dubitans.
Ambages gis.dubia locutio.
Ambago fe.t.dicitur dubia locutio ſermoīs.
prolixitas verborum ⁊ circūitus vel circūlo/
cutio. Et ſic hec eſt vera. Canē comedere panē
Inde ambagioſus.i.dubitabilis.ł dubitatō
vel dubitatione plenus.
Ambaſiator maſcu.t.eſt legatus principis in
arduis negocijs.et ambaſiata eſt hmōi legatō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

concilioꝛum vel principum in cauſis ſuis
Ambeſus vl' ambeſtus.i.coꝛroſus vl' comeſt⁹
Ambi.i.Fu.ab ambiendo.i.circũeundo dicti
Ambidens.f.t.i.ouis hñs in ſupioꝛi pte den
tem vnũ ⁊ alium in inferioꝛi.
Ambidexter.m.s.dr̃ q̃ vtraq; manu vtit̃ pro
dextra.ſicut fuit Aoch.vt hẽt in libro Judicȝ
Ambifari⁹.m.s.dr̃ dupl'r loq̃ns
Ambigna.f.p.dicebat̃ ouis q̃ cũ geminos pa
reret cũ ipis ſacrificabat̃. vñ dr̃ quaſi ex vtra/
q; pte hñs agnos.
Ambigarũ.i.ex ambab⁹ ptib⁹
Ambigu⁹.a.ũ.i.dubius.⁊ dr̃ ab ambo ⁊ ago
vl' eligo. quia qui dubius eſt nec hoc agit vel
elegit.nec hoc plene dimittit.ſed aliq̃d vtriuſ
q; partis ſectatur.vel dicit̃ enſis. Jnde ambi/
guitas ⁊ ambiguoſus.id eſt dubitabilis. vel
plenus ambagibus.
Ambiguuȝ ẽ vbi opiniones ſunt ⁊ iura varia
videt̃ur.de ſen.ex con.inter alia. Et ius ambi
guũ ẽ p ſũmũ pontific̃e declarãdũ.e.p venera/
bilẽ.§.racõib⁹ q̃ fi.ſunt legit.
Ambiloqu⁹.a.ũ.i.bilinguis. q̃ nũc h̃ nũc illð
affirmat. Jnde ambiloquium.id eſt talis lo/
cutio.
Ambitio.onis.f.t.i.circũdacõ vel cupiditas ⁊
maxime honoꝛis. Jnde ambitioſus.id eſt cu/
pidus.⁊ pꝛopꝛie honoꝛis Jnde ambicioſitas
id eſt cupiditas.⁊ hec ambities.ei.p eodem ⁊
qꝛ ambitioſoꝛ ẽ blãdiri.iõ ambicõ ponit̃ qñȝ
p adulacõe ⁊ blãdicijs.
Ambit⁹ qñ ẽ pticipiũ idẽ eſt qð circũdatus.⁊
ſic ẽ media longa. Unde Ouidi⁹. Juſſit ⁊ am
bite circũdare littoꝛa terre. Sed quando ẽ no
men.tunc eſt media coꝛ.⁊ idem eſt qð circũit⁹.
Unde Lucanus. Letalis ambitus vrbia.i.
circũitus. Et Hugl'.exponit etiam pro ſuper/
bia.vel dicitur tranſſumptiue affectus homi/
nis.ſ.cupiditas.ab ambio.is.qꝛ iſte qui vult
honores.ambit ⁊ circũit potẽtes ⁊ magnates
ſicut muri ciuitatẽ oꝛãdo.tã p ſe q̃ȝ p amicos.
vt valeat honores obtinẽ.
Ambo.onis.m.t.i.pulpitũ.vbi ex ambab⁹ pti
bus ſunt gradus. Etiam ſumitur pro loco ſer
mocinandi.vl' vbi legit̃ euangeliũ.vl' pro gra
du ſimpliciter Et ideȝ dicitur amo.onis. Sȝ
ambo.oꝛũ.n.s.pl'alis numeri tm̃ ab ampho
greco.quod equipollet amphi.quod ſignificat
circum.id eſt vterq; vl' duo. Et nota q᷑ ambo
diuidit ⁊ colligit.duo colligit ⁊ non diuidit.
Unde vere poſſum dicere Jſti duo ferunt hũc
lapidem.ſed non. Jſti ambo ferunt hunc lapi
dem niſi vterq; ferat. Unde. Pulpita deſignat
ambo.duo colligit ambo.
Ambra.f.p.herba q̃dã l' ſpẽs valde chara.
Ambriſitera.l' ambriſibula.f.p.dr̃ aſpis q̃ hȝ
duo capita.vnũ in loco ſuo.alið in cauda.cu/
ius oculi lucent vt lucerna.
Ambro.onis.maſ.ter. dr̃ pꝛopꝛij patrimonij
ↄſũptoꝛ.leccatoꝛ.guloſus.⁊ eſt idem qð lurco
manducus.ardelio.ganeo.ſed intereſt.
Ambro dicitur iſte q̃ ſcit bene iudicare de ſapo
reciboꝛum.⁊ libenter guſtat bene ſapoꝛata Lur
co dr̃ iſte qui guloſe ⁊ immũde om̃ia deuoꝛat
ſic dictus a lues.quod eſt ſoꝛdes.vl' a lura qð
eſt os vtris. Manducus dicitur iſte qui oꝛe
hians turpiter mãducat. Ardelio ab ardeo.q̇a
ardens eſt in leccacitate Ganeo q̇ moꝛatur in
tabernis.quia ganeũ eſt taberna vbi fit leccaci/
tas. Jnde ganeo leccacitas. Jnde ganeo talis
leccatoꝛ. Jtem ambrones dicuntur homines
deuoꝛãtes ⁊ leccatoꝛes. Et ab ambro veit am/
broninus.a.ũ. Unde quidam cum vellet ali/
um redarguere.ait. Tu habes lurconinã buccã
et ambronina labia volens ſignificare q᷑ mul
tum ⁊ turpiter comedebat.⁊ libenter de bene ſa
poꝛatis.
Ambroſia vl' ambroſiana.f.p.quedã herba p̃
dulcis ſapoꝛis diuina dicta.eo q᷑ inde paſcan
tur equi deoꝛum. Unde ⁊ ambroſia dicit̃ quã
doq; nectar vel cibus deoꝛum. Jnde ambroſi⁹
a.ũ.id eſt dulcis vl' guloſus.⁊ tunc ab ambro
dicitur.
Ambroſius.m.s. vn⁹ de quattuoꝛ doctoꝛib⁹.
et interpꝛetatur odoꝛ diuinus.vl' nectar dul/
cis. Jnde ambroſianus.aliquis de oꝛdine ſan
cti Ambroſij.
Ambubaia.f.p.femina freq̃ns circa balnea q̃
ſi ambiens balnea. Unde Oratius. Ambu/
baiarũ collegia farina copl'e. Ul' ambubaia.i.
tibicina vl' ſymphoniſtica.
Ambulacrũ ⁊ ambulatoꝛiũ p eodẽ dicitur lo
cus ſpacioſus.ad ſpaciandũ aptus.vl' etȝ pro
poꝛticu repitur.vl' ſm Papiã. Ambulacrũ eſt
ſpaciũ ambulandi.
Ambulus.a.ũ.pe.coꝛ.i.velox.quod ⁊ ſubſtan
tiue ponitur pro curſoꝛe. qui cauſa feſtinacõis
legatur.
Amburbale vl' amburbiũ. id eſt ſacrificiũ qð
circũit ciuitatẽ.
Ambuſtus participium.id eſt circũuſtus.vel
vſtulatus.
Amella.f.p.quedam arboꝛ que iuxta mellam
fluuiũ creſcit cui⁹ flos dr̃ hic amellus. Unde
Uirgilius in geoꝛgi. Eſt etiam flos in pꝛatis
cui nomen amello.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Amelech .nomē regis pro quo.iiij. Regū legit̄
ſm quoſdā Amalech ⁊ male.q2 dr̄ apd̄ Joas
filiū Amelech.
Amen.i.vere vl' fideliter ſiue eternal'r. ⁊ ſic eſt
aduerb.q̄litatis. Itē idem eſt qd̄ fiat.⁊ ſic eſt
ꝟbū defectiū.ſingularis nūeri. tercie pſone vt
pꝫ per equipollentiā hui⁹ ꝟbi fiat. Itē idē eſt
qd̄ veritas vl' de⁹ qui eſt veritas.⁊ ſic eſt nom̄
neu.gl̄.indecli.hebraicū. Et ſm Pap.iſta no
mina hebraica amen.⁊ all'a.in alia lingua ꝓ/
nunciare fas non eſt.licet interp̄tari pñt Intā
tū eñ nomia ſancta ſunt. vt etiā Joannes in
Apocalypſi refert.ſe ſpiritu reuelante audiuiſ/
ſe vocē exercitus dicentem amen.alleluia. ⁊c̄.
ac ꝓmiſit dici in terris ſicut vtraqꝫ reſonāt in
celis. Unde Uerum. vere fiat.amen tria deno
tat iſta. Si verū nomen. adūbiū ſit tibi vere.
Amē amē vere. duo ſt̄ adūbia vere. Amen ꝓ
fiat.tibi ꝟbū deficiēs eſt.
Amentū.n.s.loc⁹ pulcer ⁊ delectabil'.⁊ etiā ꝓ
amenitate poīt.⁊ dr̄ amen⁹.a.ū.
Amens ſm Pap.dr̄ inops.turbat⁹.furioſus
iratus.ab a qd̄ ē ſine ⁊ mens. Et hoc idē dicit̄
aminens.entl̄.quaſi alienus a mente ⁊ rubore
Et dr̄ aminens ab a ⁊ miniū.i.color rube⁹.q̄ſi
ſine minio.i.rubore.q2 pallid⁹ eſt. Amens etl̄
dr̄ qui non poteſt ſtare. Uñ. Qui nō ſtare po/
teſt amens hic dicit̄ eſſe. Et ē dr̄a int̄ amens ⁊
demens. Uñ Greciſta Nil mentis retinēs hō
ſecū dr̄ amens. Partim mente furens nō prer
ſus ſit tibi demēs. Iñ amentia.i.furor vecor/
dia male mentis alienatio. Et vt dr̄ Papias.
Amentia perpetuum.dementia vero tempora/
le vitium.
Amentū.n.s.dicitur vinculū per quod iaculū
facilius fibratur.ſ.ſona vl' corrigia baliſte vel
artus in qua manus ponit̄ qñ teluꝫ mittitur.
vel dicit̄ lignū longū vl' funis cū quo naute
profunditatē aquaꝝ ſcrutātur. ab a quod eſt
ſine ⁊ mene defectus.vl' dicit̄ corrigia ligata
in medio haſte.
Amentat⁹.a.ū.i.puiſus ⁊ amar⁹ amento.
Amenus.a.ū.ab amo dr̄ ſm Uarronē.⁊ ideꝫ
eſt qd̄ pulcer vl' delectabil'.⁊ cōpat̄ ⁊ mouetur.
Et dr̄ amenū quaſi amuniū .i.ſine munio.i.ſi
ne fructu. Delectationē ſolū ꝯfert. Et ſm Hu
gui.amenū eſt qd̄ ſolum amorem preſtat.⁊ ad
ſe amandum allicit. Inde amenitas.id eſt pul
chritudo vel delectatio . Et hec amenitudo.i.
iocunditas.
Amethiſtus.eſt lapis precioſus indicus qui
int̄ gemmas purpureas obtinet ꝑncipatū.vt
dicit Iſidorus. Unde Celſior in gemmis ful
gentior eſt amethiſtus. Iñ amethiſtina.ne.ve
ſtis euſdē coloris. Uñ Cauſidicū vēdūt ame
thiſtina ꝯuenit illis.
Amiaton.lapis dictus a veteribus. quia ſi ex
ipo fuerit veſtis contexta.contra ignem reſiſtit
⁊ igni impoſita non ardet.ſed ſplendore acce/
pto niteſcit.
Amiculū.n.s.dr̄ faſcia capitis.ſ.peplū.
Amictus.a.ū.i.cooptus . ſꝫ amictus.us.ui.et
amictoriū.i.veſtimētū q̄dlibet. Uñ Cum de/
mon aliquē ꝯfundē vult maledictū Nitit̄ vt
longū ſibi circūponat amictū.
Amiculū.neu.s.eſt mitra virginalis. Unde
Macrobius. Uirgo virginem terit amiculo
Uel eſt pallium lineum meretricum. Hoc eñ
apud veteres.matrone in adulterio deprehēſe
induebantur. vt in tali amiculo potius q̄ꝫ in
ſtola polluerent pudiciciam. Et erat olim ſig/
nū meretricie veſtis .nunc vero in hiſpania ⁊
alibi honeſtatis
Amicus.m.s. dr̄ quaſi amoris vl' animi cu/
ſtos. Et ſm Ambroſiū ē alter ego. Uñ Alter
ego niſi ſis nō es mihi ver⁹ amic⁹. Ne mihi ſis
vt ego nō eris alter ego. vl' pt eē adiectiū. ⁊ cō
patur ⁊ mouet̄.
Amygdalus eſt nomen arboris.ſed amygdo/
la eſt fruct⁹ iſti⁹ arboris. Et ſm Iſidor. amyg/
dala nomen grecū eſt que latine nux longa dr̄
hanc aliȷ̄ nuculam vocant. id eſt minoreꝫ nu/
cem. Et inuenitur amygdala.le.⁊ hic amygda
lus.ac hoc amygdalum pro fructu amygdali.
Cunctis eñ arboribus prior eſt in flore ⁊ vl/
timus in proferēdo fructus. Et ex his alie ſt̄
amare.alie dulce.ſed agricole hoc genere medi/
cari ferunt̄ vt ex amaris dulces fructus fiant.
Terunt eñ illius arboris radicē ⁊ in medium
inſerunt ſurculū arboris que grece dicit̄ pinus
quē nos piceā dicim⁹. quo facto ſua amaritu/
do depoitur. Inde amygdalin⁹.id eſt de amyg/
dalo exiſtens.
Amiliarius.maſ.gl̄.ſcd̄e declinacōis.lapis eſt
vocatus q̄ vbi eſt poſitus miliarium oſtendit
viantibus.
Aminadab.interp̄tat̄ ppl's ſpontaneus.
Aminea.f.p.dr̄ gen⁹ vue qd̄ reddit albū vinū
qd̄ amineū dr̄. ab a ⁊ minio.i.rubore.q2 vinū
eius non rubet.
Aminiculū.n.s.dr̄ ſubſidiū.ſolatiū.adiuto/
rium.auxiliū.⁊ veit ab aminiculor.
Amis nomen indeclinabile. vel ſm aliquos.
Amis.itis.dicitur furcula ret̄.l'hami.vl' ſm
Hugū.eſt lignum bifurcatū ꝑ quod venatorēs
expandunt ⁊ extendunt retia ad capiēdū feras.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel dꝛ forcula ꝗ leuat retheꝗ capiunt̄ aues.
Amiſtides lapis eſt quē ꝗ ſecū geſtauerit ine
briari nō poterit
Amita.f.p.eſt ſoroꝛ patris. Sed amita mag
na ſoroꝛ aui
Amitin⁹ ē amite filius.xxxv.q.v.c.vlt.
Amman eſt ꝓprium nomen loci
Amnenſis.f.t.ꝗlibet villa ꝓpe amnē ſita
Amnicola.ↄ.p.colens amnē
Amniculus.m.s.dimi.puus amnis
Amnicus a ū.i.fluuialis.
Amnis.m.t.dꝛ aq̄ ſuauiter currēs.⁊ dꝛ ab a/
menitate.qꝛ ibi ſꝑ locus delectabilis inueni
tur. Pap.vero dꝛ. Amnis fluuius ab ameni
tate dictus frondib⁹ redimitus.vñ Hinc am
nem dicas qꝛ ripas reddit amenas
Amnites eſt gēma ſil'is vitro ſed durioꝛ
Amomū.n.s.me.pd.eſt arboꝛ ꝗdam in ſyria
albo floꝛe vt viole. Jñ amomita vel amomata
ſpecies ꝗdam ꝗ gutta dꝛ
Amon filius popl'i mei interp̄tatur. vl' Amō
fidelis ⁊ honeſtus.⁊ fuerunt Moab ⁊ Amō
filij Loth.a ꝗbus moabite ⁊ amonite.⁊ po/
puli ſunt
Amona dꝛ calamus menſure
Amonū.n.s.dꝛ genus ſeminis qꝺ facit fluere
menſtruū ⁊ vrinā ⁊ alij dicunt amomū
Amoroſus a ū.i.plenus amore
Amorreus Arazeus Azeneus ⁊ Aradius fue
runt filij Chanaā. Vñ ꝗdam populi dicti ſꝫ
amorrei.alij arazei.alij azenei.alij aradij
Amos interp̄tatur popul⁹ auulſus.qꝛ ꝓphe/
ta miſſus fuit ad ppl'm iſrael ꝗ iam erat auul
ſus a deo
Amphi grece dꝛ latine circū vel dubiū
Amphibologia.f.p.dꝛ dubioſa locutio dictō
nis vel ſm̄e.ab amphi qꝺ ē dubiū ⁊ bole ſm̄a
Amphibalus.m.s.i.ſclauina ꝗ eſt veſtis cir
cumpiloſa vel villoſa
Amphibrachus.m.s pe.coꝛ.eſt pes ↄſtās ex
tribus ſyllabis.prima ⁊ vltima breuib⁹ ⁊ me
dia longa.⁊ eſt ↄ̄rius amphimacro
Amphidorus.i.ex vtraqꝫ pte gl'oſus.⁊ dꝛ ab
amphi qꝺ ē circū ⁊ dora qꝺ eſt gl'a
Amphimacr⁹.m.s.eſt pes ↄſtans ex trib⁹ ſyl
labis ex ꝑma ⁊ vltima longa ⁊ media breui.⁊
dꝛ ab amphi qꝺ eſt circū ⁊ macros qꝺ eſt lon
gum ꝗſi hñs hincinde longā ſyllabā.vñ Am
phimacr⁹ ꝑmā mediā breue longat ⁊ imam.
Amphibrach⁹ varia poſtulat ire via
Amphion ꝗdam cythared⁹ ꝑfect⁹ atqꝫ theba
nus fuit.vel dꝛ fuiſſe filius Jouis
Amphitapa.f.p.vel hoc amphitapū. vel ſm
alios amphitapꝛa dꝛ tapetū circū villoſum.
Amphiteatꝝ.n.s.locus rotund⁹ ad ſpectacu
lum factus.vel dꝛ ſpectaculū qꝺ ſuꝑ vnā ſta
tuā circulariter eſt edificatū.vel dꝛ locus gla/
diatoꝝ.i.campus martis vbi gladiatores an
tiꝗtus ſedebant ⁊ artes ſuas exercebāt Et qñ
locus iſte eſt circundatus ex toto muro dꝛ am
phiteatꝝ ſed ſi nō ex toto eſt muro circūdatus
dicitur theatꝝ
Amphitearium dꝛ ꝓprie locus gladiatoꝝ.
Amphitrites.i.neptun⁹ ex amphi.i.circū ⁊ tri
dente quē tenet.vel dꝛ mare vel fretū ab am/
phi.i.circū.⁊ tero teris qꝛ circūterit litoꝛa vel
terrā.vñ Dic amphitritē ꝗ terrā circuit oēm
Amphitrita dea maris matrona neptuni
Ampho grecū ē ⁊ eq̇pollet amphi qꝺ ē circuꝫ
Amphoꝛa.f.p.i.cōcha vel vas in ꝗ fertur aq̄
vel alius liquoꝛ. Et dꝛ ab amphi grece qꝺ eſt
circū latine ⁊ foros ferre qꝛ hincinde leuat̄ vt
pote ex vtraqꝫ pte manuta hec a figura ſua gre
ce dꝛ diota a dya qꝺ eſt duo ⁊ ota qꝺ eſt auriſ
Et p̄t ſcribi ꝑ.f.vel ꝑ ph.ꝑ.m.vel.n.
Amphoꝛella.f.p.pua amphoꝛa.
Amporiſma dꝛ foꝛamē ꝑ qꝺ exit ſudoꝛ
Amplus a ū.ab am.i.circuꝫ ⁊ platos grece.i.
latū.ꝗſi circūꝗꝫ latū. Jñ amplitudo
Ampula.f.p.eſt vas amplū ſiue olla ampla.
vel dꝛ ꝓprie vas amplū qꝺ dat̄ ad altare. in
quo ſuatur vinū vel aqua. Et dꝛ ab am.i.cir
cū ⁊ bulla.qꝛ eſt magna ⁊ circumꝗꝫ inflata.l'
ab amplū eo ꝙ ſit ampla.vel dꝛ veſica ꝗ fit ſu
pꝛa aquā qñ pluit. Jnde ampulloſus a um.
id eſt ſuperbus ⁊ inflatus.vel plenus ampul/
lis.
Amula.f.p.ſine h.eſt quoddā vas vel vrceo/
lus vel phiala in quo offerebat̄ vinū vl' obla
tio.de ꝗ habet̄ iij. Reg.vij. Fecit quoqꝫ hiras
lebetes ⁊ ſcuta ⁊ amulas. Sed hamula cū.h.
dꝛ fuſcinula ad extrahēdas carnes de olla. Et
